

DEDICATORIA.

Hic & hæc vigil, pervigil, exul, præful, nequam.
 Hic & hæc fur, obses, pedes, eques, hospes, so-
 pes, præpes, loripes, cornipes. Hic & hæc
 impos, compos, princeps, index, vindex. Sic &
 Gentilia quædam: ut, Hic & hæc Arabs, Arcas,
 Astur, Trevir, Arpinâs, Aquinâs, Privernâs, Sa-
 mnis, Quiris, Ligus sive Ligur. Mirum, quod
 non etiam Liberi, soboles, proles, animal, corpus &
 similia huc addiderint. Nam & ista viris ac mulie-
 ribus pariter conveniunt. Breviter dico 1. Triginta
 septem exempla huic regula subiecta sunt triginta se-
 ptem crassa vitia. Nam in tota Latinitate ne unum
 quidem ex illis ut Substantivum fœminino Adiectivo
 junctum legitur. 2. Fervigil, nequam, impos,
 compos, perperam istis substantivis immiscentur.
 Quia semper sunt & manent Adjectiva. 3. Index
 planè huc non pertinet.

SEXTA item & SEPTIMA Regula De Epicœnis
 & Dubiis indigna sunt, ut vel unico verbo resu-
 tentur. Nam ista sentes cum suis aliis sororibus
 millies centies præter meritum injustè atq; impune
 compunxerunt miseros pueros. Quid n. quæso com-
 modi, vel potius propter odiosissimas istas molestias
 ac remoras non damni sentit puer, quando longo
 tempore didicit: Passer aquila, pavo, picus, pœnix,
 angvilla, mus, lepus & similia esse Generis Epicœni?
 Et quid ista faciunt ad syntaxin? Lexica docent
 atq; ipse usus, quæ Substantiva sint unius aut dua-
 rum terminationum. Genus autem illo um non-
 strans.